



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 129. Diversæ Alexandri VII. Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. tum, nisi quod ejus ditiones a Suec
 A. C. 1656. simul & Cæsareis devastarentur: Sæc
 cessit eidem Joannes Georgius ejus
 lius primogenitus ex Magdalena Sybil
 la Brandeburgica susceptus: Item Tho
 mas Sabaudia Dux Taurini die vige
 ma secunda Januarii febre correpta
 fato functus est in obsidione Ticinensi.
 Mortuus quoque est ex calculo Ericus
 Oxenstirnius Suecus, vir in politico
 versatissimus, & magnæ prudentiæ
 laude insignis.

§. CXXIX.

*Diversæ Alexandri VII. Pontificis
 Constitutiones.*

*Bull. magn.
 Alex. VII.
 Const. 14.
 Et seqq.*

Præter Constitutionem adversus Jan
 senium editam Alexander VII. Pon
 tifex Maximus plures hoc adhuc anno
 Bullas promulgavit, ac præprimis
 corruptelas in urbe grassantes eradic
 caret, ac Cleri populique mores corrig
 geret, ipsemet unacum quibusdam
 Cardinalibus ad id selectis Ecclesiasticis
 Monasteria, aliaque pia Romanæ Ur
 bis loca visitare constituit, utque pro
 sperum pastoralis hujus curæ successum
 sibi a Deo polliceri posset, quadraginta
 horarum orationem haberi præcepit
 ac plenariam indulgentiam elargitus
 est. Die autem decimo tertio Aprilis
 cor

consuetam Bullam Cænæ innovavit, Sæc. XVII.
 necnon vigesima octava ejusdem Men- A. C. 1656.
 sis Congregationem Canonicorum Re-
 gularium Sancti Spiritus Venetiarum
 suppressit, eorumque bona in alios pios
 usus convertit, eoquod hæc Congre-
 gatio ad unicum tantum Monasterium
 fuisset redactum, atque a primævo suo
 instituto penitus deviasset, eademque
 ex causa Ordinem quoque Fratrum
 Cruciferorum extinxit, simulque die
 secunda Maji anathematis pœnam de-
 crevit in eos, qui pro obtinenda gra-
 tia aut justitia apud Curias Romanas
 aliquid vel recipiunt, vel promittunt,
 vel elargiuntur. Insuper die undeci-
 ma Octobris confirmavit privilegia Fra-
 trum Ordinis B. Mariæ de Mercede.

§. CXXX.

Quædam S. Congregationum Decreta.

His quasdam Sacrarum Congrega- Decret. S.
 tionum Romanarum decisiones sub- Congi Rit.
 jungere lubet, & primo quidem Sacra Episc. &c.
 Episcoporum Congregatio Ordinario de-
 dit Facultatem transferendi ad alias
 Ecclesias onus Missarum, quas Testa-
 tor reliquit a Presbyteris sæcularibus
 ad Hæredis arbitrium in Ecclesiis Re-
 gularium celebrandas, si ipsi Regula-
 res consentire nolint, ut per Sacerdo-
 tes